diatur rex eterne glorie. et ſic angeli ſemper aſſiſtūt in eccleſia. vt orõnes fi
delium accipiant de ore hominū ⁊ portent in cõſpectū dei. quare dicit pſ.
In ꝯſpectu angeloꝝ pſallaꝫ tibi. et alibi. Dirigatur dñe oratio mea ſicut
incenſum in ꝯſpectu tuo. ⁊ hoc tangit̃ in ſecūdo ꝟſu ibi. Angeli ciues ⁊c.
¶ Tercio nota. rex glorie ingreditur templum iſtud quando myſte/
rialiter mactatur et offertur in oblatione deo patri in ſpecie panis. de ta/
li pane loquitur pſalmiſta. Et panis cor hominis cõfirmet. Item nota in
ſancta eccleſia eſt remiſſio peccatorum. vt legitur tercio Regum. ꝙ cum
Salomon conſummaſſet edificium templi ſui declinauit genua ſua. ⁊ ora
uit dominū dicens. Domine ſi conuerſus fuerit populus et orauerit in lo
co iſto. tu exaudies in celo domine. et propicius eſto ei. vnde templū do/
mini vocatum eſt vt in eo inuocetur nomen domini et peccata populi ex
interceſſione Jeſu chriſti remittantur. ergo cantatur merito ſancte trini/
tati laus et gloria ſempiterna Amen

Mittit ad virginem non quēuis angelum ſed fortitudi/
nem ſuam archangelum amator hominis

¶ Hoc eſt aliud canticum ſuperadditum. ad laudem ⁊ reuerentiam bea
te virginis Marie compoſitū. et ſunt plura cantica talia que ꝑ ordinem
ſunt declaranda Et diuiditur hoc p̄ſens canticū ꝑncipaliter in duas par
tes. In quarū prima autor declarat annūciatõem beate virginis qūo fuit
ꝑ angelum ſalutata. In ſecūda alloquitur ꝑſonas que huic annūciationi
affuerūt. Secūda ibi. Exi qui mitteris Prima pars ſubdiuiditur adhuc
in duas ꝑtes. In ꝑma facit qđ dictū eſt. In ſecūda declarat quare ab iſto
angelo et nō ab alio fuit ſalutata. Secūda ibi. Fortem expediat dicens
(amator hominis). i. deus amans hominē (non mittit). i. dirigit (quēuis
angelum). i. quēlibet nūciū (ad virginē) ſcꝫ Mariā (ſed) sc mittit (ſuam
fortitudinem archangelū). i. gabrielem qui fortitudo dei interꝑ̄tatur
¶ Notandum ꝙ ſcribitur in canticis canticorum. Introduxit me rex
in cellaria ſua et ordinauit in me charitatem In quibus verbis beata vir
go Maria dupliciter commendatur. Primo ratione obumbrationis ſpi/
ritus ſancti cum dicit. Introduxit me rex ⁊c. Secundo rõne intime cha/
ritatis ibi. ordinauit in me charitatem. De primo dicit̃ in canticis Sub
vmbra illius quem deſiderabam ſedi. De illo dicit beatus Gregorius
Beata virgo dilexit filium ex toto corde. id eſt dulciter. ex tota aīa ſua.
id eſt ſapienter. ex tota mente ſua. id eſt memoriter. ex om̄ibus viribꝰ ſuis
id eſt fortiter. vnde et filio ſuo in morte firmiter adheſit. quare beata vir/
go pluribꝰ rebꝰ comparatur. ſcꝫ aurore. lune. ſoli. et caſtroꝝ aciei Omnibꝰ
eīn̄ neceſſarium eſt preſidiū eius. nondum conuerſis ad fidem eſt luna. qꝛ
eorum errorem luce ſue miſerationis illuſtrat. Incipientibus aurora ad
bene agendum eos paulatim informans. Proficientibus et perfectis eſt
ſol. dum eos exemplo ſue puritatis irradiat. Impugnatis a dyabolo
eſt quaſi caſtrorum acies dum eos ab inſidijs eius protegit et liberat. ⁊ ſic
omnes pie viuentes tuti ſunt per virtutes virginis glorioſe. ideo meri/
to hec ſequentia in laudē et gloriam eius eſt ꝯpilata ¶ Pro terminis no/

ta quẽuis eſt nomen habens ſecũdam declinationẽ ꝓnominis .⁊ ꝯponit a nomine quem ⁊ a ſyllabica adiectione vis

**Fortem expediat pro nobis nũcium nature faciat vt preiu-dicium in partu virginis**

¶ Hic autor reddit rõnes quare deus miſit archangelũ dĩ. Propterea miſit deus gabrielẽ fortitudinẽ ſuã. vt (expediat) .i. mittat (fortem nũciũ) id eſt potentem (pro nobis) ſcꝫ hominibꝫ (vt) ſcꝫ fortis nũcius (faciat p̃iudiciũ) .i. ĩpedimẽtũ vel ꝯtrarietatẽ (nature) ſcꝫ humane (in partu virginis) ſcꝫ marie. ipa em̃ ꝯtra nature curſum virgo manẽs pepit filium.

**Naturam ſuperat natus rex glorie. regnat ⁊ imperat ⁊ zima ſcorie tollit de medio Superbientium terat faſtigia. colla ſublimiũ calcet vi propria potens in prelio**

¶ Rex glorie) .i. xp̃s filius dei (natus) .i. genitus (ſupat) .i. excedit. naturã ſcꝫ oẽm (regnat) .i. gubernat ſcꝫ oĩa (⁊ impat) .i. p̃cepit ſcꝫ oĩbꝫ (et tollit) .i. remouet (zima) .i. fermentũ (ſcorie) .i. ĩmũdicie (de medio) ſcꝫ mũdi et (terat) .i. ꝯterat (faſtigia) .i. altitudines (ſupbientiũ) ⁊ rex glorie (potens) .i. valens (in p̃lio) .i. in bello (calcet) .i. dep̃mat (colla) .i. capita (ſublimiũ) .i. ſupbientiũ (ꝓpria vi) .i. virtute ⁊ poteſtate

**Foras eĳciat mũdanum principem. matremqꝫ faciat ſecum participem patris imperĳ**

¶ Eĳciat) .i. expellat (mũdanũ p̃ncipẽ) .i. dyabolũ (foras. qꝫ) p ⁊ (faciat matrẽ) ſcꝫ mariã (ſecũ) .i. in ſe (pticipẽ) .i. ptẽ capientẽ (imperĳ) .i. regni (patris) ſcꝫ celeſtis ¶ Notandũ. beatus Gre. dr̃ ſup hoc euan. Miſſus eſt angelus gabriel ad Mariã. nccariũ fuit vt iſte angelus. q̃ fortitudo dei interp̃tat̃. ad virginẽ mitteret̃. de qua rex fortiſſimus naſceret̃. qꝛ decuit vt fortis fortẽ p̃conizaret. Nã ſm p̃hm. Om̃e ſiſe applaudet ſuo ſili ¶ Secũdo nota. autor in hac ſnĩa declarat fortitudinẽ dei eſſe manifeſtã in ſex. Primo in trãſgreſſu curſus naturalis. ipſe em̃ in partu ſuo fecit nature p̃iudiciũ. videlꝫ vt v̾go pareret. Hec em̃ fortitudo p̃figurata fuit p portã Ezechiel. q̃ ſemp clauſa pmãſit. Scd̃o pꝫ fortitudo dei in purgatiõe peccatoꝝ. qꝛ potens erat deus ſoluere debita q̃ duduꝫ fuerũt humano generi affixa. ⁊ hec fortitudo deſignata eſt in Apoca. vbi dr̃. dign⁹ es dñe accipe librũ ⁊ apire ſignacula ei⁹. Et ĝ dr̃ beat⁹ Aug⁹. qꝛ de⁹ vidẽs viciũ cõtra deũ in hũana natura. fieri voluit hõ ꝯtra naturã. Tercio fortitudo ei⁹ pꝫ in h̃ qꝛ ꝯtriuit ſupbiẽtes ⁊ faſtidioſos. qđ p̃figuratũ fuit i li. Macha. qñ iudas macha. cũ parẽtibꝫ ⁊ filĳs iſrael magnã multitudinẽ paganoꝝ occidit. ipe xp̃s ẽ iudas macha. q̃ ſua v̾tute oẽs ſupbiẽtes ꝯtriuit. qꝛ depoſuit

potẽtes de ſede. ⁊ q̃ dr̃ p̃s. Dñz formidabũt aduerſarij ei⁹ Quarto oñdiẗ fortitudo dei in colliſione ſublimiũ. q̃ pfigurata eſt in li. Regũ. qñ dauid goliã interfecit. Uñ dauid manufortis interp̃taẗ. p quẽ xp̃s intelligiẗ q̃ ſuperauit goliã. i. oẽs hoĩes ſublimes in ptinacia cordis pteruientes. ⁊ ergo dr̃ Prouer. ix. Sapiẽtia edificauit ſibi domũ ⁊ excidit colũnas ſeptẽ p quã ſubdit ſibi gẽtes ſupboꝝ ⁊ ſublimiũ. Et hãc materiã autor tãgit in littera. Quinto fortitudo dei patet p victoriã quã fecit qñ in ligno crucis triũphauit. de qua dr̃ Ambro. Autor pietatis in cruce pendẽs in ſingulis negocijs pietatis diuidebat. pſecutionẽ apl'is. pacẽ diſcipulis. corp⁹ iudeis. patri ſp̃m. v̾gini paranymphũ. latroni paradyſum. peccatoribꝫ infernũ. crucẽ xp̃ianis. penitẽtibꝫ veniã ꝯmẽdat. ⁊ hec erat fortiſſima victoria. qua inenumerabilẽ multitudinẽ dyaboloꝝ deuicit. Sexto ptz ei⁹ fortitudo rõne aſcenſionis. qꝛ ꝓpriũ corpus de v̾gine ſumptũ ſup oẽs celos collocauit. Et ſic dr̃ Grego. in omel. aſcẽ. Helias legiẗ in curru aſcẽdiſſe. vt videlicet apte demõſtrareẗ q̃ hõ pur⁹ adiutorio indigebat alieno. redẽptor aũt noſter nõ curru nõ angelis ſubleuat⁹ legiẗ. qꝛ q̃ fecerat oĩa ſup omĩa ſua virtute ferebaẗ. Pro terminis nota. ſyma ſm aliq̃s fuit nomen tertie declinationis neutri gñis. ⁊ declinabaẗ ſyma atis. Sz ſm modernos ẽ pme declinationis. ⁊ declinabiẗ ſicut paſcha. Sed expedit ẽ verbũ tranſitiũ q̃rte ꝯiugationis. ⁊ ſcat liberare vel exſoluere q̃ſi extra pedicam ponere. ⁊ trãſponiẗ hic ꝓ mittere. Sz ſupbiens ẽ participium deriuatum a verbo ſupbio q̃d eſt ſimplicis figure. Sed eijcio eſt verbũ tranſitiuũ compoſitum ab e et iacio mutando a in i.

¶ Exi qui mitteris. hec dona diſſere. reuela veteris velamẽ littere virtute nuncij.

Hic autor alloq̃tur pſonas q̃ in annũciatione fuerũt preſentes. Nã ibi fuit xp̃s tanq̃ a patre miſſus. ibi etiã fuit angel⁹ tanq̃ ſalutãs. ibi fuit v̾go maria tanq̃ ſalutata. Et diuidiẗ in duas ptes. In pma facit hoc q̃d dictũ eſt. In ſc̃da ſpẽaliter ꝯmẽdat beatã v̾ginẽ. Sc̃da ibi. Audit ⁊ ſuſcipit. dicens pmo ſic. tu (exi) ſcz de celo ⁊ veni (qui) ſc gabriel (mitteris) ſcilicet a deo. tu (diſſere). i. ediſſere ⁊ expone (hec dona) ſcz incarnationis filij dei. ſcz ⁊ tu (reuela). i. manifeſta (velamen). i. tegmen (veteris littere). i. veteris teſtamẽti (virtute). i. p virtutẽ (nũcij). i. filij dei miſſi in hunc mũdum.

Accede nũcia dic aue cominus dic plena gratia. dic tecũ dominus. et dic ne timeas. Uirgo ſuſcipiens dei depoſitum in quo perficiens caſtum propoſitũ et votum teneat.

O gabriel (accede). i. appropinqua (nũcia). i. annũcia. ſcz filiuz dei. tu (dic cominus). i. ſtatim vel ꝓpe (aue). i. ſis ſine ve. tu (dic plena) id eſt repleta (gr̃a) ſcz diuina. tu (dic dñs) . i. fili⁹ dei ſc ſit (tecum et dic ne timeas virgo) ſcz maria (ſuſcipiens). i. accipiens (depoſitũ) id eſt theſaurum. ſcz filiũ dei patris (in quo). ſ. depoſito (pficiẽs). ſ. ẽ. i. cõplẽs (caſtũ ꝓpoſitũ). i. caſtã intẽtionẽ (⁊ tu v̾go teneas). i. ſeruas (votũ). i. deſideriũ. ſ. caſtitatis

# De beata virgine

¶ Notandū ꝙ in littera autoꝛ alloqtur tres perſonas que fuerunt in an
nunciatione beate virginis. Rationē iſtius aſſignat btūs Grego. ꝙ ꝓpte
rea tres perſone fuerūt vt teſtimonium incarnationis poſſet verificari. qꝛ
in oꝛe duoꝝ vel trium ſtat om̄e teſtimonium. Secūdo nota. autoꝛ in
littera tangit totā materiam annūciationis que habet Lu. p̄mo Miſſus
eſt angelus gabꝛiel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth ad ꝟginē
deſp̄oſatā viro ⁊c̄. Et ingreſſus angelꝰ ad eā dixit. Aue grā plena dn̄s te
cū bn̄dicta tu in mulieribꝫ. Que cū audiſſet turbata ē in ſermone eius et
cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelꝰ ei. Ne timeas maria in
ueniſti em̄ gratiā apud deū. Ecce ꝯcipies et paries filiū ⁊ vocabis nomē
eius ieſum. Dixit aūt maria ad angelum. Quō fiet iſtud qm̄ viꝝ non co
gnoſco. Et rn̄dens angelus dixit ei. Spūſſanctus ſupueniet in te et vir
tus altiſſimi obumbꝛabit tibi. Tunc dixit beata virgo. Ecce ancilla do/
mini fiat mihi ſcd̄m verbum tuum. In his verbis creditur beata virgo fi
lium concepiſſe. ¶ Item nota. dicitur in littera et votum teneas. Unde
dicit beatus Grego. ꝙ duplex fuit votum beate virginis. vnum in coꝛde.
reliquū in voce. Beata virgo votum fecit in templo ꝙ virginitatē ſuam
vellet deo ꝯſecrare. ꝓpter hoc ſacerdos templi fuit anxiatus. qꝛ in veteri le
ge matrimonium pꝛeferebatur virginitati. Sed quia votum vouerat cō
ſiderauit hoc non eſſe frangendū. Sed ſecūdum votum fecit cum oꝛe. qn̄
cum viro ſuo Joſeph caſtitatem conſeruare pꝛomiſit. ¶ Item nota. ex q̊
hic fit mentio de angelica ſalutatione tunc eſt ſciendum. ꝙ angelus in ſalu
tatione beate marie virginis ſex fecit. Pꝛimo reuerenter eam ſalutauit di
cens. Aue gratia plena dominus tecum ⁊c̄. Secundo excellenter eam cō
mēdauit dicens. Benedicta tu in mulieribꝫ ⁊c̄. Tertio eam dulciter con
foꝛtauit dicens. Ne timeas maria. Quarto legationem ſuam diligenter
compleuit dicens. Ecce concipies ⁊ paries filiū. Quinto modum lega/
tionis ſue diligenter compoſuit dicēs. Spirituſſanctus ſuperueniet in te
et virtus altiſſimi obumbꝛabit tibi. Sexto pueꝝ naſcēdo ꝯmēdauit ⁊ de
ſcripſit dicens. Ideoqꝫ ⁊ quod ex te naſcetur ſanctū filius dei vocabitur
¶ Item nota. Iſta oꝛatio que dicitur angelica ſalutatio tres habet partes
Pꝛimā partem incepit angelus gabꝛiel dicēs. Aue gratia plena dn̄s tecū
benedicta tu in mulieribꝫ. Secūdam partem appoſuit elizabeth dicēs Et
benedictus fructus ventris tui. Tertiam partem adiunxit eccleſia ob re/
uerentiam beate virginis apponēs hoc nomen Maria. ¶ Item nota. iſta
angelica ſalutatio commendabilis redditur ex quattuoꝛ. Pꝛimo ex auto
ritate illius a quo miſſa eſt. ſcꝫ a deo. Secūdo ex nuncio per quē tranſmiſ/
ſa eſt. quia per angelum gabꝛielem. Tertio per perſonam ad quā trāſmiſ
ſa eſt. quia ad beatam virginem mariā. Quarto ꝑ modum commenda/
tionis. angelus em̄ ſalutando mariam ipſam tripliciter cōmendauit. Pri
mo penes gratiam conuerſationis dicens. gratia plena. Secūdo penes
excellentiam contemplationis dicens. Dominus tecū. Tertio penes pꝛe
rogatiuū gratie ſingularis dicens. benedicta tu in mulieribus.
¶ Pꝛo terminis nota. Differo eſt verbum tranſitiuū tertie coniugatōis
et ſignificat manifeſtare. ¶ Item differūt cominus ⁊ eminus. vn̄. Emi/
nus ad longe. ſed cominus ad pꝛope ſpectat.

Audit et ſuſcipit puella nũcium. credit et concipit et parit fili
um. ſed admirabilem. Conſiliarium humani generis et deũ
fortium et patrem poſteris in fide ſtabilem.

Hic autor commendat beatam virginem in ratione credulitatis dicens.
(puella) id eſt virgo maria (audit ⁊ ſuſcipit) id eſt percipit (nũcium) id ē
annũciationem angelicam (credit) ſcʒ verbis angeli (et concipit) quãdo
conſenſum prebuit verbis angeli (et parit) id eſt gignit (filium) ſcʒ ieſum
chriſtum (ſed) pro tamen (admirabilem) ſc nominatum (conſiliariũ hu/
mani generis) id eſt chriſtianoꝝ (⁊ deum fortium) ſcʒ hominum (et ſta/
bilem) id eſt firmũ (patrem poſteris) id eſt ſucceſſoribus (in fide)

Cuius ſtabilitas nos reddat ſtabiles. ne nos labilitas mun
dana labiles ſecum precipitet.

(Cuius) ſcʒ patris (ſtabilitas) id eſt firmitas (reddat nos) ſcʒ homines
(ſtabiles) .i. fortes (ne) .i. vt non (mũdana labilitas) .i. inſtabilitas (p̄cipi
tet) id eſt cadere faciat ſcʒ nos (labiles) id eſt inſtabiles homines (ſecũ)
hoc eſt cum mundana labilitate.

Sed dator venie conceſſa venia per matrem gratie obtenta
gratia in nobis habitet. Qui nobis tribuat peccati veniam.
reatus diluat et donet patriam in arce ſyderum.

Implorat xp̄m datorem venie vt nobis remiſſionē peccatoꝝ concedat ꝑ
virginem beatam dicēs (Sed) ꝑ tamē (dator) .i. tributor (venie) .i. indul
gentie (habitet) .i. moretur (in nobis) ſcʒ hoibus (conceſſa) id ē data (ve
nia) id eſt remiſſione peccatorum (per matrem gratie) id eſt per mariam.
et hoc (obtenta) id eſt conſecuta (gratia) ſcʒ diuina (qui tribuat) id eſt do
net (nobis veniam) id eſt indulgentiam (peccati. diluat) id eſt deleat (rea
tus) .i. obligationes ad penas ſiue reliquias peccatoꝝ (et donet) .i. det .ſ.
nobis (patriam) id eſt eternam vitam (in arce) id eſt in ſummitate (ſyde
rum) id eſt celi. Notãdũ. autor in littera tãgit duo. Primo ꝓmptitu
dinem credulitatis glorioſe virginis marie q̄ ſtatim credidit. auditis ver
bis angeli domino. ⁊ ergo dicit beatus Gregorius. Beata es dei genitrix
virgo maria que credidiſti domino. qm̄ perfecta ſunt in te que dicta ſunt
tibi. Item Bernardus. Maria que credidit ſaluatorem mundi ſuſcepit.
Secundo tangitur hic mirabilis operatio ieſu chriſti. Unde ipſe deus le
gitur eſſe mirabilis in ſanctis et hominibus. In ſanctis. qr per eos mul/
tas operationes miraculoſas ⁊ virtuoſas fecit. ſicut dicitur Marci vlti
mo. Signa autem eos qui crediderint hec ſequentur. in nomine meo de
monia eijcient linguis loquentur nouis. ſerpentes tollent. Et ergo dicit
pſal. Mirabilis deus in ſanctis ſuis. Scd̃o eſt mirabilis in hominibus.

# De beata virgine

Vñ legit̃ de q̊dã epõ quē dyabolus ſepe tẽtauit ac tādē ſe in formā mul
eris trāſformauit ⁊ epm̄ in ꝯfeſſorē elegit dicēs ſe eē ꝟginē caſtam. ⁊ ꝓpte
rea de parētib⁹ receſſiſſe. qꝛ noluit deſponſari. ſ; ꝟginitatē conſeruare. quā
epſ inuitauit. ⁊ dū in mēſa ſederet cū ceteris ſacerdotib⁹ epſ. dyabol⁹ gra
ui iaculo ꝯcupiſcētie cor ei⁹ vulnerauit. qđ intelligēs angelus dñi in bap-
tiſmo ei deputat⁹. formā peregrini accepit ſtās an̄ ianuā epi petijt intro-
mitti. Qđ audiēs dyabol⁹ dixit. nō intromittat̃ niſi quoddā enigma ra
rū diſſoluat. qđ cū oīb⁹ placeret dixit dyabol⁹ miniſtro. Dic ei ꝙ dicat vbi
terra ſit altior celo. qđ cū miniſter dixiſſet āgelo. Angel⁹ rñdit. vbi xp̄s
hūanitatē ſumptā de ꝟgine ſup oēs celos tāq̄ȝ peregrinā collocauit. qꝛ
carnis loc⁹ ꝓprie ē terra. qđ cū dñi audiſſent mirabāt̃ de ſubtili rñſo. De-
inde dyabol⁹ dixit. dicat ⁊ nobis vbi de⁹ fecit maximū mirabile. Ad qđ
angel⁹ rñdit. in facie hoīs. inter tot em̄ hoīes q̄ fuerūt ab initio mūdi ⁊
vſq̄ȝ in finē futuri erūt duo reperiri nō poſſunt q̊rū facies ꝑ oīa ſiles eēnt
qđ cū dñi audiuiſſent magis mirati ſunt de rñſo. Dyabol⁹ rñdit. qꝛ tāte
ſapiētie ē iſte peregrinus dicā ſibi occultū enigma qđ ſi ſoluerit intromit
tatur. Dicat ĝ nobis q̄ eſt diſtātia ſūmi throni ad ꝓfundum inferni. Ad
qđ angel⁹ rñdit. altitudinē celi nemo dinūerare pōt. ſ; h̄ q̄ queſtionē facit
ꝑ ſe tantū ſpaciū dimēſus ē. ſ. cū lucifer ⁊ ſocij ſui a celſitudine throni vſq̄ȝ
ad ꝓfundū inferni ꝓiecti ſūt. Qđ audiētes dñi ſigno crucis ſe munierūt.
Et dyabolus ꝯturbat⁹ fraudib⁹ ſuis cū magno rugitu diſparuit ⁊ receſ-
ſit. Ecce in ſecūdo enigmate p; qđ dictū eſt qđ de⁹ ē mirabilis in hoīb⁹
Pro terminis nota. nūciū ē nomē neutri gn̄is. ⁊ dꝛ ſermo ꝑus nō au-
ditus quem aliquis nūcius exponit. Sed poſterus a um eſt nomen adie
ctiuum idem qđ vltimus deriuatum a ly poſt.

Letabundus exultet fidelis chorus alleluya

Regem regum intacte ꝓfudit thorus res miranda

Hic autor deſcribit aliud canticū ob laudē ⁊ reuerētiā ꝟginis marie ꝯpi
latū. Et diuidit̃ in tres ꝑtes. In p̄ma ꝯmēdat beatā ꝟginē hortando po
pulū ad laudē ei⁹. In ſcđa ꝑte ꝯmēdat beatā ꝟginē hyſtorice In t͛cia ꝑte
cōmēdat eā ꝓphetice. ſcđa ibi. Sicut ſyd⁹. tertia ibi. Iſaias cecinit. dicēs
(Fidelis chor⁹). i. turba fideliū (exultet). i. gaudet (letabūd⁹). i. ſilis letā
ti (alleluya). i. patri ⁊ filio ⁊ ſpūiſctō. Vel ſic (Fidelis chor⁹ letabūd⁹ ex
ultet). i. decātat (alleluya). i. illud cāticū leticie (res miranda). i. mirabi-
lis ſͤ ē (thorus). i. lectus (intacte) ſc; virginis marie (profudit) id eſt ge-
nuit (regem regum) id eſt chriſtum dominum.

Angelus conſilij natus eſt de virgine. ſol de ſtella

Sol occaſum neſciēs ſtella ſemper rutilans ſemper clara

¶ (Angelus ꝯſilij). ſ. magni. xp̄s (ē natus). i. genit⁹ (de virgine) ſc; maria
(ſol). i. xp̄s qui eſt verus ſol. ſc; ſupple natus (de ſtella) ſc; maris. i. de ma

ria virgine(Sol).i. xp̄s(neſciēs).i.ignorās(occaſum)ſcꝫ ſic ꝑpetue(eternitatis ſtella)ſcꝫ eſt(ſemꝑ).i.omī tꝑe(rutilās).i.ſplendēs(ſemꝑ).i.in oī tꝑe(clara).i.lucida ⁊ fulgida Notandū ſymeon ad laudē glorioſe virginis dixit hec ꝟba Adorna thalamū tuuꝫ ſyon. In q̇bus ꝟbis btā virgo dupľr ꝯmendaṫ.primo rōne vite pacifice dū dr̄ thalamū. ſcd̄o rōne ſpeculatōis cū dr̄ ſyon. Circa primū nota ꝙ thalamꝰ hꝫ q̇nqꝫ ꝯditōes. in q̇bus vterus beate virginis thalamo cōꝑatur. Eſt eñ q̇etus ſecurus mundus clauſus ⁊ ornatus ibi etiā cuſtodiēda reponunṫ. Sic vterus virginis glorioſe fuit q̇etus.angelus eñ in annūciatōe nō inuenit eā in ſtrepitu mūdi. ſed in q̇ete thalami. Etiā fuit ſecurus.qꝛ ſecura fuit qñ dixit. q̄uo fiet iſtd̄ qm̄ virū nō cognoſco. Itē mūdus caſtitate corꝑis ⁊ integritate mētis Itē fuit ornatus.vñ p̄s. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate. Itē fuit clauſus.vñ Ezechie.xliiij. Hec porta clauſa manet. Et alibi.virgo in partu.virgo añ partū.⁊ virgo poſt partū. Item in cāticis. Ortus ꝯcluſus eſt dei genitrix. Itē ibi reponunṫ cuſtodienda.vñ in euāgelio. Maria ꝯſeruabat oīa ꝟba hec ꝯferens in corde ſuo. Ecce q̄liter thalamus ornatus eſt oīm virtutū varietate. Scd̄o btā virgo ꝯmēdaṫ rōne ꝯtēplationis vel ſpeculatōis. Ubi nota ſyon interp̄taṫ ſpeculatio ſeu ſpeculū.qꝛ ſicut mulieres in ſpeculo vultus ſuos aſpiciunt.ſic aīa fidelis ſemꝑ dꝫ inſpicere vitam ⁊ ꝯuerſatōem btē virginis.vñ q̄drupl̄x eſt ſyon.ſcꝫ virginitatis.vñ p̄s.in ꝑſona btē virginis marie dr̄. nunq̇d ſyon dicet hō et hō natus eſt in ea ⁊c̄ Scd̄a eſt aīa fidelis.vñ p̄s. Benigne fac dñe in bona volūtate tua ſyon.i.in aīa fideli. Tercia eſt ſacramētalis. ſcꝫ eccleſia militās.vñ p̄s. Te decet hymnus deus in ſyon. Quarta eſt ſuꝑceleſtis.i.regnū celoꝝ.vñ p̄s. Videbiṫ deus deoꝝ in ſyon.i.in regno celorum. Nūc ad ꝓpoſitū dic ꝙ btā virgo dr̄ ſyon.qꝛ ꝯtēplata eſt tantas virtutes q̄bus thalamo ꝯꝑatur Ideo hec ſequētia in laudē eiꝰ ⁊ honorē eſt ꝯpilata.

Pro terminis nota.ꝙ letabūdus eſt nomē adiectiuū deriuatū a verbo letor aris.⁊ ſ̄cat ſimilem letanti.vñꝰ Oſus plenū notat.bundus ſimilabilis aptat Sed occaſus eſt nomē quarte declinatōis maſ.generis deriuatum a verbo occido prout componiṫ ab ob ⁊ cado mutādo b in c ⁊ a in i.

**¶ Sicut ſidus radium profert virgo filium pari forma**
**Neqꝫ ſidus radio neqꝫ virgo filio fit corrupta**

¶ Hic autor comparat beatam virginem ad radium ſolarem cōmendādo eam prophetice dicens(Sicut ſidus)id eſt ſol(profert)id eſt producit(radium)id eſt ſplendorem(pari forma)id eſt ſimili modo(virgo)ſcꝫ maria.ſc profert(filium)ſcilicꝫ ſuum chriſtum(Neqꝫ ſidus)id eſt ſol.ſc corrumpitur(radio)id eſt ſplendore(neqꝫ virgo) ſcꝫ maria(fit corrupta)id eſt violata(filio)id eſt chriſto

**¶ Cedrus alta libani conformatur yſopo vale noſtra**
**Verbum ens altiſſimi corporali paſſum eſt carne ſumpta**

¶ (Alta cedrus)talis arbor.ſcꝫ chriſtus (libani) illius montis (cōfor-

matur).i.coaptat(yſopo).i.tali herbe.ſ.marie(valle noſtra).i.in hoc mū-
do(verbū).i.filius dei(ens).i.exiſtens(altiſſimi).i.dei(eſt paſſum)id ē
crucifixū.⁊ hoc(ſumpta corporali carne)id eſt humanitate ¶ Notandū
autor in littera tangit duplicē comparationē. Primo cōpat beatā vir-
ginem ſoli ⁊ ſplendori eius.quia ſicut ſol emittit radios ſuos.⁊ tñ nō cor-
rumpit. Sic beata virgo genuit chriſtū.⁊ tamē manſit incorrupta. Item
alia eſt cōparatio.quia ſicut ſplendor ſolis ꝑtranſit vitrū.qđ tñ nō leditur
nec offendit.ſic chriſtus ꝑtranſiuit vterū beate virginis.que tamē māſit
incorrupta. Item alia cōparatio ſicut ſol emittit ſplendorē ſuū ſuꝑ ſterco-
ra ⁊ inquinata.⁊ tñ ex reuerberatōe non ſordidat. Sic beata virgo maria
genuit filiū ieſū.⁊ tamē pariendo māſit incorrupta. Item alia ſimilitudo
ſicut ſol emittit ſplendorem ſuū ſuꝑ bonos ⁊ malos.ſic beata virgo pepe-
rit filium vt eſſet redēptor bonoꝝ ⁊ maloꝝ Secundo autor cōpat ce-
drum ad yſopū.⁊ hoc ꝑ natiuitatē chriſti ieſu.quia chriſtus in eo ꝙ erat fi-
lius dei ipſe aſſimilat cedro ꝓpter altitudinem.quia nulla arbor creſcit in
maiorē altitudinē ꝙ̃ cedrus. Sed ꝑ paſſionem aſſimilatur yſopo. Vñ yſo-
pus eſt herba creſcens in vallibus.ꝑ hoc deſignatur paſſio chriſti quā ſm
carnē hic in mundo ſuſtinuit tanꝙ̃ in valle miſerie que fuit ei nimis amara
Vnde dicit in paſſione dñi ego ꝗdem plantaui te vineā ſpecioſiſſimā.⁊ tu
facta es mihi nimis amara Pro terminis nota. Cedrus eſt nomē ſecū-
de declinationis.⁊ eſt vt dř Rabanus arbor altiſſima omniū arboꝝ dña
et regina.eſt etiā aſpectu pulcra ſemꝑ retinēs virorem ſuū.⁊ inſuꝑ odorife-
ra.cuius odor fugat ſerpētes ⁊ oīa venenoſa. Sed libanus eſt ꝓpriū no-
men montis Sed yſopus eſt herba amari ſaporis. Et differūt yſopus
et eſopus.vñ Iſopus eſt herba.ſed eſopus dat bona verba. Sed ens po-
nitur hic ꝑticipialiter.⁊ formatur a verbo ſum

¶ Eſaias cecinit ſynagoga meminit nunꝙ̃ tñ deſinit eē ceca
Si non ſuis vatibus credat vel gentilibus ſibillinis verſi-
bus hec predicta

¶ Hic autor cōmendat beatā virginem ꝓphetice hortando populū ad fi-
dem chriſtianā dicens(Eſaias)talis ꝓpheta(cecinit).i.ꝓphetauit.ſ.xpm
naſciturū(ſynagoga).i.cōgregatio iudeoꝝ vel iudea(meminit).i.recorda-
tur(tamē)pro certo(nunꝙ̃)id eſt nullo modo(deſinit)id eſt deſiſtit(eſſe
ceca)id eſt incredula infidelis(Si non credat)id eſt confidat(ſuis vati-
bus).i.ꝓphetis iudaicis(vel)pro ſaltem s^c credat(gentilibus)s^c ꝓphe-
tis s^c vel(ſibillinis verſib᷒)s^c de xpo ꝯſcriptis(hec ꝑdicta)id eſt prophe-
tizata de chriſto

¶ Infelix propera crede vel vetera cur damnaberis gens
miſera

¶ Hic hortat ad fidem ſynagogā ⁊ iudeos. O(infelix)ſcȝ ſynagoga(pro-
pera).i.feſtina(crede).i.confide(vel vetera)id eſt peri.o(miſera gens)id
eſt iudaica gens(cur)id eſt quare(damnaberis)id eſt vis damnari

¶ Natum conſidera. quem docet littera. ipſum genuit puer-
pera.

¶ Tu conſidera) id eſt inſpice (natum) id eſt chriſtum (puerpera) ſcȝ bea-
ta virgo maria (genuit). i peperit (ipſum) ſcȝ ieſum (quem littera) id ſa-
cra ſcriptura (docet) id eſt teſtatur ¶ Notandū primo autor tangit hic in
littera triplicē ꝓphetiam. ꝑ quam natiuitas chriſti eſt ꝓphetizata. Primo
tangit prophetiā Eſaie. in qua dicit. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiuȝ. et
voca. ⁊c. Unde huic ꝓphetie iudei credere noluerūt. ⁊ ideo hoc articulo
hodie damnantur. Secundo tangit prophetiam Balaam qui fuit genti-
lis. cuius aſina ꝓhibetur fuiſſe loquuta ille dixit Orietur ſtella ex Jacob
et cōſurget homo de iſrael. Tercio tangit ꝓphetiam ſibille. que duȝ venit
ad regem Salomonē volens ab eo audire ſapientiā debuit ꝑtranſire flu-
uium circa piſcinam probaticam. vbi lignū quoddam in tranſitu fuit po-
ſitum que dum videret lignū noluit pertranſire lignū nec pedibus cōculca-
re. Sed prophetauit ꝙ in hoc ligno eſſet paſſurus rex reguȝ dominus do-
minantiū. ergo autor in littera dicit. ſi iudei noluerunt credere prophetijs
iudeorum ſeu ſuis prophetis. credant tamen prophetijs gentilium. quia
eius incarnatio non ſolum a iudeis. ſed etiam a gentilibus eſt prophetiza-
ta. Secundo nota. autor hortatur populū infideleȝ ad fidē ad inſinuandū
ꝙ fides eſt multum neceſſaria ad eternam ſalutem. Et definit ſic ſm Iſi-
dorum Fides eſt qua veraciter credimus illud quod nequaꝗ̄ videre va-
lemus. Item beatus Auguſtinus. Fides eſt iuſticie fundamentū purgās
a peccatis. mentes illuminans. homines reconcilians. ſpem future remu-
nerationis inſpirans. Et dicit beatus Auguſtinus alibi Beatior fuit ma-
ria fidem profitendo ꝗ̄ carnem chriſti concipiendo. Et dicit beatus Gre-
gorius. Fides meritū nō habet vbi humana rō experimentū prebet
¶ Pro declaratione terminoꝝ nota. Synagoga dicitur cōuentus iudeo-
rum. Meminit eſt verbum defectiuū habens ſub voce preteriti ſignifica-
tionem preſentis ⁊ preteriti. Sed deſino eſt verbum abſolutuȝ tercie cō-
iugationis. compoſitum a de ⁊ ſino. ⁊ habet deſiui vel deſij in preterito per-
fecto indicatiui. ⁊ ſignificat ceſſare. Sed ſybillinus ſybillina ſybillinuȝ eſt
nomen adiectiuū a proprio nomine ſybilla. Sed puerpera eſt nomē femi-
nini generis. ſignificans mulierē que puerū parit.

Verbum bonum ⁊ ſuaue perſonemus illud aue per qꝺ
chriſti fit conclaue virgo mater filia.

¶ Quoniam ipſa beatiſſima virgo maria omni honore digniſſima ⁊ mul-
tiplici laude condigna probatur. ergo autor deſcribit aliud canticū in lau-
dem beate virginis marie. per quod docet nos ſalutare beatam virginem
mariam angelica ſalutatione. Et diuiditur in duas partes principales.
In prima parte hortatur nos ad ſalutandum beatam virginem. In ſecū-
da parte ponit ſalutationes quibus debemus ſalutare virginē glorioſam
ſecūda ibi Aue veri ſalomonis. dicēs primo ſic. Nos chriſtiani (perſone-

mus).i.decantemus(illud aue)s^e annunciatuȝ per angelos. s^e exiſtens
(ſuaue).i.dulce(⁊ bonũ verbũ).i.bona ſalutatio(ꝑ qđ)ſcȝ aue.i.ꝑ quã ſa/
lutatione(virgo) ſcȝ maria(fit cõclaue).i.habitaculũ ſeu cubile.⁊ fit(ma
ter)id eſt genitrix.⁊(filia chriſti)id eſt ieſu

**¶ Per quod aue ſalutata mox concepit fecundata virgo da/
uid ſtirpe nata inter ſpinas lilium**

¶ Per qđ aue).i.ꝑ quã ſalutionẽ(virgo) ſcȝ maria(nata).i.genita(ſtir/
pe).i.ꝓgenie(dauid).i.illius ꝓphete.s^e exñs(liliuȝ).i.flos(inter ſpinas
ſalutata).ſ.ſalutatõe ãgelica(mox).i.ſtatim(fecũdata).i.fertilis facta.ſ.
ꝑ virtutẽ ſpũſſancti(ꝯcepit)ſcȝ filiũ. ¶ Notandum đr p̃s.glorioſa dicta
ſunt de te ciuitas dei In q̇bus verbis btã virgo ꝯmendat̃ dupl'r. Primo
rõne glĩe cum đr glorioſa. Scđo rõne piiſſime defenſionis cum đr ciuitas
dei. Circa primuȝ nota.ꝙ beata virgo đr glorioſa tribus de cauſis. Pri/
mo ꝓpter plenitudinẽ gratie.vñ angelus dixit ad eã Aue gratia plena.vn/
de beata maria oĩbus ſinũ gratie aperuit.quare poteſt de ea dici qđ ſcri/
bitur in eccleſiaſtico Magnificata eſt laude ⁊ glorificata ẽ in virtute. Se
cundo ipſa dicitur glorioſa ꝓpter pulcritudinẽ charitatis. Unde ipſa loq̇/
tur de ſeipſa Ego mater pulcre dilectionis timoris agnitionis magnitu/
dinis ⁊ ſancte ſpei.quare đr de ea quod ſcribit̃ Eccleſiaſtes ꝑmo.generatõ
preterit generatio aduenit.terra autẽ ineternũ ſtat.terra id eſt virgo ma/
ria.de qua terra dicit p̃s. Terra noſtra dedit fructum ſuũ.id eſt maria pe
perit ieſum chriſtũ. Tercio dicit̃ glorioſa ꝓpter plenitudineȝ humilitatis.
de qua dicit̃ in cantico ſuo.quia reſpexit humilitatẽ ancille ſue.hanc etiaȝ
humilitatem oſtendit quãdo dixit ad angelum. Ecce ancilla domini fiat
mihi ſm verbum tuũ.⁊ non dixit mater ſummi regis.quare verbum pre
aſſumptũ de ea nunciatur.ſcȝ glorioſa dicta ſunt de te ¶ Secundo beata
virgo cõmendatur ex pietate defenſionis.quia ciuitas dei.vnde ciuitas di
citur quaſi ciuiũ vnitas.⁊ debet fieri ꝓpter firmaȝ defenſionẽ.vt đt phs in
libro politicoꝝ. Q; ãt beata virgo ſit pia ⁊ copioſa in plenitudine ꝓtectõ
nis.patet in diuerſis miraculis.vñ legitur ꝙ q̇dam diues miles ⁊ nobilis
ordinẽ religionis intrauit.q; lr̃as neſciuit erubeſcẽtes monachi tã nobileȝ
inter laicos deputare dederũt ei magiſtrũ ſi forte modicũ addiſcere poſſȝ
ſed cũ diu cũ magiſtro fuiſſet ⁊ nihil ꝙ̃ hec duo verba.aue maria didiciſſet
hec diligẽter obtinuit.⁊ quicq̇d egit ſemꝑ dixit aue maria.tandẽ iſte mori
ebat̃.⁊ in cymiterio cũ aliis fratribus ſepeliebat̃.⁊ ex ſepulcro eius creuit
ſpecioſum liliũ.cuius qđlibet foliũ habebat aue maria inſcriptũ.currentes
aũt oĩes monachi ad tã grande ſpectaculũ ſiue miraculũ.terrã de ſepul/
cro effoderunt.⁊ radicem lilij de ore defuncti ꝓcedere viderunt. Intellexe
runt ergo vt cũ illa duo verba cum deuotione dixerat dominus eum tan/
tis honoribus illuſtrauit.ergo autor in ſequẽtia hortatur nos vt illud aue
maria repetamus ¶ Item nota ſalutatio per quam incarnatio filij dei eſt
nũciata.eſt verbũ bonũ ⁊ ſuaue.nã ſicut antiquus ſerpens.i.dyabolus de/
cepit ꝑ malã ſuggeſtionẽ ⁊ fallacẽ ꝓmiſſioneȝ.ſic bonus angelus Gabriel
ſalutẽ generis humani marie annunciauit per oppoſitum ipſam ſalutãdo
Primo benigne ſalutãdo dicens aue maria. Secundo vero aſſerendo et

ipſam ↄmendādo dicēs. grā plena Tercio. certa ꝓmittēdo dicens. Ecce
ↄcipies ꝛ paries filiū ¶ Itē nota. in hac ſalutatōe q̄ angel⁹ mariā ſaluta
uit ipſe ab ea oēs timorē expulit nā addidit Ne timeas maria Timuit ei
eua a dyabolo decepta. maria ꝟo nō. qꝛ ſibi aue nūciat. Timeāt pctōꝛes
ſʒ maria nō. qꝛ grā plena. timeant a deo elongati. ſʒ maria nō. qꝛ dn̄s tecū.
timeant maledicti. ſʒ maria nō. qꝛ benedicta tu in mulierib⁊ ¶ Item nota
de hoc ꝙ autoꝛ dr̄. mox ↄcepit. ꝙ in vno ꝛ eodē inſtanti poſtq̄ʒ maria con
ſenſum ꝟbis angeli adhibuit dicens Ecce ancilla dn̄i ꝛc̄. facta eſt ſtatim
in ea ꝑ ſpm̄ſcm̄ ſanguinis puriſſimi ↄgregatio ꝛ ipſius ↄſolidatio ꝛ coꝛ-
poris xp̄i exēplaris foꝛmatio ꝛ animatio ꝛ viuificatio filij dei. ꝛ ergo au-
toꝛ bn̄ dixit mox ↄcepit. ¶ Pꝛo terminis nota, aue eſt verbm̄. defecti
uum impatiui modi Hic aūt ponit̄ nominaliter ꝓ ſalutatōne

¶ Aue veri ſalomonis mater vellus gedeonis. cui⁹ magi tri
bus donis laudant puerperium.

¶ Hic autoꝛ pouit ſalutatōes cū q̄b⁊ debem⁹ ſalutare be. ꝟginē di. Si
em̄ voluer̄ ſalutare be. ꝟginē dic ei ſalutatōem infra ſcriptā O (mat̄). i.
genitrix (veri ſalomonis). i. xp̄i ieſu (vell⁹). i. lana (gedeonis. cui⁹) ſcʒ ma-
rie vel matris (puerperiū. magi). i. tres reges (laudāt). i. honoꝛāt (trib⁊
donis) ſcʒ auro thure ꝛ mirrha (aue) id eſt ſis ſalutata

¶ Aue pꝛolem genuiſti. aue ſolem pꝛotuliſti. mundo lapſo
contuliſti vitam ꝛ imperium.

¶ Tu (aue). i. ſis ſalutata. o ꝟgo maria. qꝛ (genuiſti). i. peperiſti (plez)
o virgo maria. tu (aue) qꝛ (ꝓtuliſti). i. dediſti ꝛ ꝓduxiſti (ſolem) ſcʒ iuſti-
cie. i. xp̄m. ꝛ (ↄtuliſti) id eſt dediſti (mundo lapſo) ſcʒ ꝑ peccatū (vitā) s[e]
eternam (et imperium) id eſt poteſtatem.

¶ Aue ſponſa verbi ſummi. maris poꝛtus. ſignum diuini.
aromatum virga fumi. angeloꝛum domina.

¶ O (ſponſa ſummi ꝟbi). i. ieſu xp̄i (poꝛtus). i. littus (maris. ſignū di-
ui). i. rubi (virga). i. ꝟgula (fumi aromatū). i. vnguētoꝝ p̄cioſoꝝ (dn̄a)
id eſt regina (angeloꝝ) ſcʒ celeſtium (aue) id eſt ſis ſalutata

¶ Supplicamus nos emenda. emendatos nos cōmenda
tuo nato ad habenda ſempiterna gaudia.

¶ Nos xp̄iani (ſupplicam⁹). i. rogam⁹ ꝛ ſupplicit̄ petim⁹ (emēda) id ē
melioꝛa (nos). ſ. ducēdo nos a vicijs ad ꝟtutes. ꝛ (ↄmēda) i. ↄmitte (nos
emēdatos). i. purgatos (tuo nato). i. tu filio) ad habenda). i. poſſidenda.
(ſempiterna gaudia). i. celeſtia gaudia. hoc eſt vitā eternā ¶ Notandū
hec ſalutatio de pluribus figuris ꝓpheticis eſt cōpoſita. Primo em̄ tangit̄

ſapientia dei. cū dr veri ſalomonis Unde ſalomon fuit ſapientiſſim⁹ ho/minum. ⁊ ſic ꝑ anthonomaſiā ſapiens dr. ⁊ ſepius in ſacra ſcriptura pro chriſto ponitur. quēadmodum hic etiam ponitur in pñti ſequentia Se cundo tangit figura facta ꝑ vellus gedeonis de quo dr in ps Deſcendit ſicut pluuia in vellus. pluuie em̄ cōparat. q̄ mūdat rigat ⁊ fecūdat. Sic xp̄s ſaluator humanum genus mundat de peccatis. rigat ad ꝑfectum. fecundat in ſpiritualib⁊ ⁊ temporalib⁊ donis ⁊c̄. Sꝫ beata virgo cōparat velleri. vellus em̄ ſine leſione ab oue ſumitur ⁊ de eo fit veſtimentum qđ circūdat ⁊ ꝓtegit hominem Sic beata virgo dr vellus. qꝛ de ea ſumitur veſtimentum. eo ꝙ de carne beate virginis ſumpta eſt caro chriſti. vnde Job Pelle ⁊ carne veſtiſti me. oſſibus ⁊ neruis cōpegiſti me. Scđo. qꝛ ſicut vellus ſine leſione ab oue ſumit Sic beata virgo ſine corruptōe ꝯce pit ⁊ ſine dolore peperit chriſtū Tercio. quia ſicut vellus circūdat ouem Sic beata virgo circūdedit chriſtum qui ouis dicitur. Unde Iſa. Ecce vir ⁊ oriens nomen eius ⁊ ipſe idē ouis eſt Quarto. qꝛ ſicut vellus. id eſt lana quam quis in magna quātitate recipit ⁊ eam facili cōpreſſione refun dit Sic beata virgo q̄ repleta eſt plenitudine omnis gratie. quare dictū ē ei. Aue gratia plena. iſtam gratiam facili peticōe peccatoribus infundit. Unde Gregori. O homo ſi ſcires quātum valeret iſta vox Aue maria. nunꝗ̄ ab ea ceſſares. Quinto. quia vellus eſt recuruum ſeu res curua in ſe. per quod humilitas deſignatur quam beata virgo ſufficienter oſten dit quādo dixit Ecce ancilla domini Sexto. qꝛ ſicut vellus ſuaue ē ad te gendum Sic beata virgo eſt ſuauis. quia mater totius pietatis Item autor tangit in lr̄a materiam trium regum que ſufficienter declarata eſt ibi. Feſta chriſti ⁊c̄. Item lr̄a tangit materiam rubi ardentis ⁊ virge Aaron. de q̄bus dictum eſt ſufficienter in ſequentia Aue p̄clara.

¶ Pro terminis nota Gedeon eſt ꝓprium nomen viri tercie declinatio nis. Sꝫ ſupplico eſt verbum petitorium p̄me coniugatōnis. ⁊ cōſtruit cum datiuo. ⁊ componitur a ſub ⁊ plico.

**Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur me/moria. Decantemus in hac die ſemper virginis ma rie laudes et preconia.**

¶ Ratione multiplicis laudis beate virginis autor deſcribit aliud can/ticum in honorem eius cōpilatum Et diuiditur in duas partes In pri/ma hortatur nos ad laudem virginis glorioſe In ſecunda dirigit ſalu/tationes ad beatam virginem Secunda ibi. Aue domina. dicens (Lux) id eſt ſplendor (hodierne diei) id eſt preſentis diei (agitur) id eſt pera/gitur (celebris) id eſt ſolennis (in memoria) id eſt commemoratione. (matris dei) id eſt virginis beate. ſᶜ ergo (decantemus) id eſt decantare debemus (ſemꝑ) id eſt frequenter (in hac die) id eſt in eius cōmemoratō ne (laudes) id eſt honores (virginis marie) id eſt beate virginis (et) id ē etiam (preconia) id eſt annūciatōnes laudis

**Om̄is ho̅ om̄i hora hanc adora ac implora ei⁹ patrocinia**
**pſalle pſalle niſu toto cordis oris voce voto aue plena gratia**

¶ O (ois ho̅. adora). i. inuoca (hanc) ſcʒ mariam (om̄i hora). i. om̄i tpe
(ac). i. etiā (implora). i. inuoca (patrocinia). i. auxilia (ei⁹) ſc marie (pſal/
le). i. decanta. ſcʒ huic (Aue plena gr̄a) iſtā ſalutatōem. ſcʒ qua angel⁹ eā
ſalutauit (toto niſu). i. om̄i conatu (cordis) ⁊ (voce). i. p verba (oris) et
voto). i. cū deſiderio ❧ Notandū. ſcribit̄ in Canticis Pulcra vt luna ⁊c.
In qb⁹ verbis be. virgo cōmendat̄ Uñ luna hʒ triplicē ſtatū. qñq₃ eīm eſt
in defectu ſeu in decurſu. qñq₃ ſemiplena. qñq₃ tota plena. ⁊ tunc eſt pul/
cerrima Sic be. virgo fuit in decurſu ſeu in defectu cū in vtero matris cō
ciperetur Sʒ fuit quaſi ſemiplena dum ſanctificaret̄ in vtero Sʒ fuit ple/
na qñ ɔcepit filiū dei. ⁊ tunc fuit pulcerrima Uñ luna hʒ lumen ſuū a ſo
le. de nocte. lucet inter planetas terre eſt ꝓpinquioꝛ. ſole recedente mundū
illuminat Has oēs ꝓpꝛietates habuit beata virgo Habuit eīm lumen a
ſole. qꝛ a filio ſuo. qꝛ a ſole iuſticie dꝛ eſſe ſortita lumen oīm gratiaꝝ De
nocte p̄ſentis vite lucet magnitudine ⁊ foꝛtitudine virtutum. quia ſuos
fideles irradiat. ⁊ eis viam veritatis oſtendit Item inter planetas ter/
re ē ꝓpinquioꝛ. qꝛ terrēis peccatoꝛib⁹ ſpūali miſeratiōis affectu ꝓpinquus
omnib⁹ ſanctis accedit Item ſole recedente mundum illuminat. quia
ſole iuſticie. id eſt chꝛiſto. recedente ipſa mundum illuminat optima et
lucida ɔuerſatōe Et quia tanta ⁊ plura beneficia beata virgo mundo cō/
tulit. ipam laudemus ⁊ ſpecialiter in die ſabbati. quia iſta dies pꝛecipue
et ſpecialiter deputata eſt pꝛo laude ⁊ honoꝛe virginis glorioſe. ❧ Item
nota. autoꝛ tantū pꝛetendit ex lr̄a. ꝙ quilibet homo fidelis ſemper debet
laudare beatam virginem mariam ad minus ſemel in hebdomada. ſcʒ in
die ſabbati. cum iſta dies a fidelibus virgini marie ſit deputatus ad lau
dandum eam. ſed tamē om̄i die et om̄i hora ipa eſt laudanda ⁊ laude di/
gna. quia dicit beatus Gregoꝛius Nec laudare ſufficis Et quia licet hoc
refertur ad chꝛiſtum. tamen etiam poteſt referri ad virginem mariam. cū
ipa ſit digna ⁊ digniſſima omni laude. vt etiam ait beatus Gregoꝛius.
¶ Pꝛo terminis nota. niſus eſt nomen quarte declinatōnis ab illo ver/
bo nitoꝛ ⁊ ſignificat laboꝛem in mente

**Aue dn̄a celoꝝ. inexperta viri thoꝝ. parens patris neſcia**
**Fecundata ſine viro. genuiſti moꝛe miro genitoꝛem filia.**

❧ ¶ Hic dirigit petitōnem ad virginem mariam cum ſalutatione Et
diuiditur in duo ꝑm ꝙ dupl̄r eam ſalutat. Secunda ibi. Salue decus.
dicens pꝛimo O (domina) id eſt regina (celoꝛum) id eſt poloꝛum (inex/
perta) id eſt incognita (thoꝛum viri) id eſt que nunq₃ cognouit virum. et
(parens) id eſt genitrix (neſcia) id eſt inſcia (patris) id eſt viri. tu (aue) id
eſt ſis ſalutata. o maria (fecūdata) id eſt fructificata (ſine viro) id eſt ma/
rito. o (filia) ſcʒ dei. tu (genuiſti) id eſt pepeiſti (miro moꝛe) id eſt miracu
loſe (genitoꝛem) id eſt creatoꝛem.

# De beata virgine

¶ Florens ortus auſtro flante. porta clauſa poſt et ante. via
viris innia Fuſa celi roꝛe tellus. fuſuꝫ gedeonis vellus dei/
tatis pluuia.

¶ Tu es (floꝛens oꝛtus). i. germinans oꝛtꝰ. ꝛ hoc (flante auſtro). i. gr̃a
ſpũſſancti. tu es (poꝛta). i. ianua. ſcꝫ ꝑ quã dñs intrauit (clauſa). i. recluſa.
(poſt) ſe partum (ꝛ ante) ſe partum. tu es (via inuia). i. nõ cognita vl' in
culta (viris) tu es (tellꝰ). i. terra (fuſa roꝛe celi). i. ꝑfuſa gr̃a diuina. tu es
(vellꝰ gedeonis fuſum). i. ꝑfuſum (pluuia). i. gr̃a (deitatꝭ). i. diuinitatis.
¶ Notandũ. autoꝛ dr̃ in lr̃a. i. expta viri thoꝝ. ibi tãgiť caſtitas ꝟginal'
quã oẽs ſci in aſſumptõe be. ꝟginis exclamãt dicẽtes Hec ẽ que neſciuit
thoꝝ in delicto Hoc idẽ atteſtať btũs Gre. dicens. Nõ ex virili ſemine.
ſꝫ myſtico ſpiramine ꝟbũ dei factũ ẽ caro ¶ Itẽ nota. au. dr̃. moꝛe miro. ꝑ
hoc innuiť ſupnaturalis incarnatio dei. de q̃ dictũ eſt in ſequẽtia Eya re/
colamꝰ. circa hũc textũ Mirabilis natura. ꝛ ſilr̃ in ſequẽtia Aue p̃clara.
ibi. Hinc gentiũ. Itẽ nota. au. dr̃. fuſa celi roꝛe. ibi tãgiť materia ꝓpheti
ca quã nouit Iſa. vbi dr̃ Aperiať terra/ ꝛ germinet ſaluatoꝛẽ. vt ptꝫ etiã
in fine ſequẽtie Celi enarrãt. ibi Germẽ iuſtũ Itẽ nota. au. dr̃. gedeonis
vellꝰ Vñ qñ Gedeon cũ ꝑplo ſuo eẽt pugnaturꝰ ꝯtra egiptios vidit ex/
ercitũ ſuũ ẽ debilioꝛẽ. ꝛ ꝯſuluit dñm q̃d eẽt facturꝰ. ꝛ dixit ei dñs Ma/
ne cũ ſurrexerꝭ accipias vellꝰ de agnello mũdo ꝛ pones in cãpo. ꝛ ros de
ſcendens cadet ſup ipm̃. ꝛ oĩs q̃ hoc roꝛe fuerit tactꝰ erit victoꝛ ſuoꝝ ini/
micoꝝ. Vñ ꝑ vellꝰ intelligiť be. ꝟgo. ꝑ pluuiã deſcendentẽ gr̃a ſpũſſcti. vt
q̃cũqꝫ ꝑ pluuiã celeſtem aſperſam in vellere. i. in libertate fuerit punctus ꝛ
repletus ipe erit victoꝛ oĩm ſuoꝝ inimicoꝝ viſibiliũ ꝛ inuiſibilium
¶ Pro terminis nota exptus idẽ eſt qđ ꝯſcius. ꝛ deriuať a ꝟbo experi/
oꝛ. Inde exptus. i. ſciens Inde experientia. i. inq̃ſitio Item neſcius a
um eſt nomẽ adiectiũ deriuatũ a verbo neſcio is ire. ꝛ idẽ eſt qđ ignarus
vel erroneus.

Salue decus firmamenti. tu caliginoſe menti deſup irradia

¶ Hic iã autoꝛ ꝯmẽdat be. ꝟginẽ ipam ſalutãdo ꝛ ad ipam petitões di/
rigẽdo dicẽs O maria. exĩs (decꝰ). i. ſplẽdoꝛ ꝛ honoꝛ (firmamẽti). i. mũ/
di. tu (ſalue). i. ſis ſalutata (tu irradia). i. illumina (deſup caliginoſe mẽti)
hoc ẽ illumina mẽtes humanas poſitas in tenebꝛis huius mundi

¶ Placa mare maris ſtella. ne inuoluat nos procella ꝛ tẽpe/
ſtas valida. Nobilis et inclita mitis ꝛ vnica ꝟgo maria ma/
ter miſericoꝛdie nos adiuua.

O (ſtella marꝭ). i. maria (placa). ſ. nob (mare). i. mũdũ i q̃ nauigamꝰ (ne
ꝓcella). i. iundaº malоꝝ (ꝛ valida tẽpeſtas). i. ipetꝰ tribulationũ (iuolat)

implicet (nos) ſcꝫ homines. O (nobilis ⁊ inclita) .i. glorioſa virgo Ma-
ria (mitis) .i. pia (⁊ vnica) .i. ſingularis exiſtens (mater miſericordie ad-
iuua nos) ſ. in mari huius ſeculi. ¶ Notandū autoꝛ appellat beatam
virginem matrē miſericoꝛdie. Unde dicit beatus Gregoꝛius. Si oīa
membꝛa eſſent conuerſa in oꝛgana linguarum non poſſent complere exp-
mere benignitatem ⁊ Miſericoꝛdiam beate virginis Marie. Unde
pꝛefiguratum eſt in quodam miraculo ꝙ quidam iudeus imaginem bea
te virginis in pariete cuiuſdam domus infixam aſpiciens interrogauit cu
ius eſſet iſta imago. cui dictum eſt ꝙ eſſet beate Marie virginis. hoc au
diens iudeus dyabolo inſtigante accepit imaginem ⁊ in ſtercoꝛa pꝛoiecit
et pedibꝫ conculcauit cultello faciem eius inſcindens. Poſtea vero turpi
et mirabili moꝛte conſumptus. imago nunq̄ apparuit niſi per longum ſpa
cium tempoꝛis quādo hoc idem cuidam ſancto homini reuelatum eſt qui
imaginem iſtam inter ſtercoꝛa abſconditā inuenit ⁊ ſubleuauit. Qui dili-
genter eam abſtergendo ſecum in domū ſuam honoꝛifice collocauit. ⁊ ad
honoꝛem beate virginis Marie ex eadem tabula oleum ebulliens cepit di
ſtillare ⁊ perſeuerat vſqꝫ ad hodiernum diem. Quod deus fieri permiſit
vt nobis intimaret quante venerationis digna ſit virgo Maria. Et er-
go in hoc miraculo ⁊ in alijs ptꝫ copioſa miſericoꝛdia dei genitricis. Unō
merito in littera pꝛeſenti cum pꝛecedenti ⁊ etiam quibuſdam ſequentijs
poſtpoſitis. que ſunt de ſalutatione virginis Marie ipſa multipliciter ex-
tollitur ⁊ laudatur ſalutatᷣ et rogatur vt nobis miſeris ſua ſupereffluen-
ti miſericoꝛdia ſubueniat. Que in ſalutatione cuiuſdam militis euidenter
apparuit. Unde miles quidam habebat quoddam caſtrum in via com
muni. ⁊ tranſeūtes in tali via ſemper ſpoliabat. attamen beatam virginē
quottidie ſalutabat. Accidit aūt ꝙ quidā vir religioſus tranſitū ibidem
faceret. quem ſtatim pꝛedictus miles expoliari iubebat. vir autem religio
ſus rogauit militem vt oēs de familia ſua ad audiendum verba dei cō
gregaret. cum autem congregati fuiſſent dixit. nequaq̄ hic omnes eſtis.
ſed aliquis adhuc abeſt. ꝑquirite diligenter ⁊ aliquem abeſſe inuenietis
Tunc vnus clamans dixit. vbi eſt ipſe qui cocus eſt. pꝛo eo ergo mittitur
et in medium deducitur. Cum autem virum dei vidiſſet reuolutis ter-
ribiliter oculis. caput ad inſtar inſani agitabat. nec pꝛope accedere aude-
bat. Uir autem ſanctus dixit ei. adiuro te per nomen domini noſtri Jeſu
chꝛiſti vt dicas quis ſis ⁊ pꝛopter quam cauſam huc veniſti. Cui ille re-
ſpondit. Heu adiuratus pꝛout decogoꝛ dicam. Ego eīn ſum demon qui
foꝛmam hominis accepi. ⁊ decem ⁊ quattuoꝛ annis cum hoc milite ſic ꝑ-
manſi. quia pꝛinceps noſter me huc miſit. vt diem qua hic ſancte Marie
ſalutationem non diceret. diligentius obſeruarem ⁊ ipſum continuo ſtran
gularem. quacūqꝫ eīn die illam ſalutationem dicebat. in ipſum poteſtatē
habere non potui. Hoc audiens miles. veniam poſtulauit. et in melius
deinde vitam ſuam mutauit. Unde ipſe ſanctus dixit demoni. Pꝛecipio
tibi in nomine Jeſu chꝛiſti vt ſtatim recedas et amplius talem locum nō
poſſideas. nec vlli glorioſam dei genitricem inuocanti nocere pꝛeſumas.
¶ Item nota quidam textus habent iſtum verſum. Nobilis inclita. ⁊ de
bet ſic exponi (O virgo) ſcꝫ Maria (nobilis) ſ. exiſtēs (et inclita) id eſt

pia (mitis) id eſt ſuauis (et vnica) id eſt ſola (mater miſericordie) ſcz exi-
ſtens ad nos peccatores apud tuū filium ¶ Pro declaratōe termino-
rū nota. Caliginoſus a um eſt nomen adiectiuū deriuatū a nomine caligo
qđ idem eſt qđ obſcuritas. Sed deſup eſt aduerbium loci.

Gaude Maria templum ſumme maieſtatis. Gaude
Maria ſpeculum virginitatis. Gaude lux et orna-
mentum glorie. Gaude Maria lex et teſtamentum gratie.
Gaude Maria que es vera ſpes veri gaudij.

¶ Hic autor deſcribit aliam ſequentiam in qua reuocat ad memoriā
diuerſa gaudia beate virginis eam cōmendando ad eam poſtea petitionē
dirigendo. ⁊ he ſunt due huius ſequentie partes. Secūda eſt ibi. Gaudi-
um ſis nobis. Et dicit pͥmo ſic. O (Maria) exiſtens (templum) id eſt ſa-
crarium (ſumme maieſtatis) id eſt omnipotentis dei. tu (gaude) id eſt le-
tare. o Maria exiſtens (ſpeculum) id eſt candor (virginitatis) id eſt vir-
ginū. tu (gaude) id eſt letare. o Maria exiſtens (lux) id eſt ſplendor (⁊ or-
namentum). i. decus (glorie) sc diuine (gaude) ſcz gaudio eterno. O (ma-
ria) exiſtens (lex). i. inſtitutio. ⁊ (teſtamentum gratie. gaude). i. letare O
(Maria que es vera ſpes veri gaudij) id eſt celeſtis gaudij. tu (gaude)
id eſt letare

Gaudium ſis nobis dulcis vultus filij
Salua nos ⁊ ꝯſerua per omnia ſecula ſeculorū Amen

¶ Concludendo dirigit petitōem ad virginem glorioſam dicens. tu (ſis
nobis) chriſtianis (gaudiū). i. ꝯſolatio (vultus). i. faciei (dulcis filij) ſalicz
tui. o Maria tu (ſalua). i. ſaluos fac (nos) ſcz hoīes (⁊ ꝯſerua) ſcz nos (p
oīa ſecula ſeculoꝝ). i. eternaliter (Amen). i. fiat ¶ Notandū ſcribit
pͥmo Macha. vi. Effulſit ſol in clipeos aureos ⁊ montes reſplenduerūt
ab eis In quibꝫ verbis ad ꝯformitatem huius ſequentie beata virgo cō-
mendatur dupliciter. Primo ratōne electiōis et dignitatis. qꝛ mater dei.
Secūdo ꝯmendatur ex nobilitate. qꝛ amicta veſte humilitatis. Unde ꝓ-
poſitio aſſumpta ſic adaptatur ꝓpoſito. Sol id eſt chriſtus. effulſit. id eſt
miracula operatus eſt. in clipeos aureos. id eſt virtutes beate virginis ma-
rie. et montes. i. ꝓores parentes. reſplenduerunt. i. glorificati ſunt. ab eis. i.
de virtutibꝫ. quibꝫ ꝓmeruit duplicē dignitatē. ſcz filij ſui ꝯceptiōez ⁊ etiā
parentū glorificatōem. vt bene pꝫ ex eo. qꝛ ex meritis beate virginis feſtū
beate Anne eſt inſtitutū ſolēniter celebrandū. Unū beata virgo inter oēs
virtutes maxime habuit humilitatē. qꝛ ipſa eſt q̄ oēs ꝯfirmat. vn̄ Ber-
nardus. O felix humilitas penitentiū. o beata ſpes ꝯfitentiū. potens es
apud potentē. q̄ facile vincis inuincibilem. ꝯcito tremendū iudicem ꝯ

uertis in pꝛ̃ſſimū patrem. De ſecūdo dicitur in ſymbolo domini vbi di/
citur.q ex ꝓgenie regali et ſacerdotali voluit naſci.quam beata virgo pru
denter exoꝛnauit.et ergo ipſa clipeus aureus nūcupat̃.qꝛ nos defendendo
vitam imaculatam auro puriozem ꝯſeruauit ꝛ glozíam mūdo. Unde ꝑ/
mo Macha.ij. Gloria viri peccatoꝛis ſtercus ꝛ vermis eſt.hodie extolli
tur et cras nō inuenietur.ideo vanū eſt humanā laudem appetere. quod
perpendens beata virgo ſoli deo ſtuduit inherere.ꝛ ſic virtutibꝫ plena tan/
tas dignitates pꝛomeruit vt non ſolum ipſa.ſed etiam parentela eius eſt
glozificata. Unde etiam beatus Auguſtinus ꝯmendat eam in virtutibꝫ
dicens. Beata virgo Maria fuit valde deuota.habuit ſpūm humilem
totum coꝛpus anime ꝛ rōni ſubiectum Item nota beata virgo dicitur
mater gratie quia oēs peccatores ꝯſolatur.quod bene patet in quodam
miraculo. Unde in monaſterio beati Petri erat quidam frater qui male
vixit.hic aliquando cū quibuſdam fratribꝫ potionem medicinalem ꝓ coꝛ
poꝛis ſalute accipiens ꝛ poſt hoc ſtatim ſine ꝯfeſſione ꝛ ſine ꝯmunione
defunctus eſt.cuius anima ad infernū per dyabolum ducebatur.qđ cer/
nens ſanctus Petrus acceſſit ad dñm Ieſum chꝛiſtum oꝛans pro anima
fratris ſui. Cui dominus.ignoꝛas quid propheta dixit. Domine quis ha
bitabit in tabernaculo tuo ꝛc. Qui ingreditur ſine macula ꝛ operatur iu/
ſticiam .quomodo poteſt ergo hic ſaluus fieri. cum neqꝫ ſine macula in/
greſſus ſit neqꝫ vt debuit iuſticiam operatus eſt. Hec audiens beatus pe
trus venit ad beatam virginem Mariam ſciens certiſſime eius ꝓces ex/
audiri. Cum ergo ſurrexiſſꝫ beata virgo cum virginibꝫ ſuis pꝛecatura fi/
lium ſuū ſtatim chꝛiſtꝰ dixit. Quid a me petis dulciſſima mater cū meis
ſanctiſſimis ſoꝛoꝛibꝫ. Cui beata virgo. Pro illa anima ego rogo. Cui chꝛi/
ſtus. Licet nemo poſſit in meo tabernaculo habitare niſi qui ſine macula
ingreditur.tamen ſi tibi placet vt indulgentiam conſequatur. concedo ꝙ
eius anima ad coꝛpus reuertatur.vt de malis actibus penitentia peracta
tandem celeſti gloꝛia perfruatur.ꝛ ille frater de moꝛte reſurgens qualiter
a poteſtate dyaboli ſuffragijs beate virginis fuiſſet ereptus.oībꝫ narra/
uit. Et ergo merito mater gratie nūcupatur

Aue maria gratia plena dominus tecū virgo ſerena
Benedicta tu in mulieribus.que peperiſti pacem ho
minibus et angelis gloꝛiam. Et benedictus fructus ventris
tui.coheredes vt eſſemus ſui.nos fecit per gratiam

¶ Hic autoꝛ ſubinfert aliud canticū ab angelica ſalutatōe inchoatum
et beate virgini Marie dedicatū. Et diuiditur in tres partes. In pꝛima
parte ſalutat beatā virginē angelus. Secūdo ꝯmendat eam de multitu/
dine gratie. Tercio dirigit petitionē. Secūda ibi. Te collaudet celeſtis.
Tercia ibi. Ergo maris.dicens. O (Maria) sc exiſtēs (virgo ſerena) .i.
ſplēdida (plena) .i. repleta (grā) sc dei (aue) .i. ſis ſalutata (dñs) sc ſit (tecū

(tu) ſcꝫ es (benedicta) id eſt benedictiõe repleta (in mulieribꝰ) id eſt inter
mulieres (que) ſcꝫ Maria (peperiſti) id eſt genuiſti (pacem) id eſt chriſtũ
qui eſt pax vera (hominibꝰ) ſcꝫ in mũdo exiſtẽtibꝰ (et angelis gloriã) id eſt
honorem (et fructus) id eſt filius (tui ventris) id eſt vteri (benedictus)
sᶜ ſit (qui) ſcꝫ filius (fecit per gratiã) ſciꝫ ſuam diuinam (vt nos eſſemus
coheredes ſui) id eſt capaces et participes regni celeſtis

¶ Notandum. ſcribitur Sapieñ. iiij. O ꝙ̃ pulcra eſt caſta generatio
cum charitate. In his autem verbis commendatur beata virgo dupliciter.
Primo in pulcritudine. cum dicitur. ꝙ̃ pulcra. Secũdo in caſtitate.
cum dicitur. caſta. De primo dicitur Canti. vij. Quaꝫ pulcra es ⁊ ꝙ̃ de
cora chariſſima. Et cantico. iiij. Tota pulcra es amica mea. Unde pulcri
tudo beate virginis legitur fuiſſe in tribꝰ. ſcꝫ in vera dilectione. in humili
timore. in iuſta cognitione. Unde in libro ſapientie dicitur. Ego mater
pulcre dilectõis timoris agnitõis magnitudinis ⁊ ſancte ſpei. ¶ Circa
ſecũdum nota Iſidorus definit caſtitateꝫ ſic. Caſtitas eſt pulcritudo in
uiolata. que in quadruplicibꝰ ꝯmendatur. ſcꝫ in cõnubio diuine deſponſa
tionis. in priuilegio angelice ꝯfortationis. in exemplo humane edificatio-
nis. in triumpho dyabolice eiectionis ¶ De primo dicitur. ſecũda Cho.
xi. Deſpondi eñ vos vni viro virginem caſtam exhibere chriſto ¶ De ſe
cũdo dicit Iohãnes Chriſoſtomus. Caſtitas eſt res angelica per quam
homines angelis aſſimilantur. Et quia caſti homines ſpecialiter angelis
ſunt conformes. ideo angeli eis ſpecialiter ſunt familiares ⁊ obſequioſi
¶ De tercio dicitur ṗma ad Thimo. iiij. exemplum eſto fidelium in ver
bo. in conuerſatione. in charitate. in fide. in caſtitate. Ecce non ſolum tibi
per meritum ſed ⁊ alijs per exemplũ vtilis es. ſi in verbis cautus. in con-
uerſatione honeſtus. in charitate pius. in fide fixus. in caſtitate mũdus es
Hec omĩa in beata virgine ſunt completa. ¶ De quarto dicitur in libro
Iudith. Confortatum eſt cor tuum. eo ꝙ caſtitatem amaueris. Ecce be
ata virgo eſt illa caſta Iudith quam dominus propter caſtitatem orna
uit. et cõfortauit contra Olofernem. id eſt dyabolum. de qua etiam dicit
beatus Hieronymus. Caſtitatis eius remunerator virtutem ei talẽ tri-
buit vt inuictum omnibus hominibus vinceret Olofernem quem nul-
lus vincere poteſt niſi caſtus fuerit

¶ Secũdo nota circa angelicam ſalutationem. Prima duo verba ſci
licet. Aue Maria. ſunt declarata ibi. Aue preclara maris ſtella ⁊c̃. Tũc
ſequitur. gratia plena. quia nunꝙ̃ deficit gratia eius. de quanto eñ plus
dat et auxiliatur. de tanto plus habet dare et auxiliari. quia ſicut fons vi-
uus ſemper emanat et nunꝙ̃ deficit. ſed ſemper fluit et irrigat totum mũ
dum. ¶ Sequitur dominus tecum. heri fuit. ſemper fuit. et eſt in eter-
num cum ea. quia idem angelus Gabriel. qui nunciauit ei Ieſum. prius
annunciauit Ioachim et Anne ꝙ deberent generare virginem Mariaꝫ
et poſtꝙ̃ beata virgo Maria nata fuit. ſpiritusſanctus obumbrauit et
cuſtodiuit eam ita ꝙ nunꝙ̃ potuit peccare nec verbis nec opere. ¶ Se-
quitur benedicta tu in mulieribus. bene ipſa fuit et eſt ineternum bene-
dicta. quia concepit portauit et peperit chriſtum a quo procedit ſalus an
gelis. hominibus ſanctis. et toti mundo ¶ Sequitur. fructus ven-

tris tui. quia ipſa tulit nobis precioſiſſimū fructum. ſcz dominum ieſum
chriſtum. ⁊ de eodem fructu nos quottidie quando audimus miſſam cuz
ſacerdote ſatiamur ⁊ recreamur. quia ſacerdos dicit poſt communionez
quod ore ſumpſimus pura mente capiamus. Iſte enim eſt fructus qui
dat nobis vitam temporalem in hoc mundo ⁊ ſecuritatem cum angelis
in regno celorum

**¶ Per hoc autem aue mundo tam ſuaue contra carnis iura**
**Genuiſti nouam prolem ſtella ſolem noua genitura**

¶ Hic autor commendat beatam virginem ex diuerſis virtutibus ⁊ ex
plenitudine miſericordie dicens (aūt) pro quia. o maria (noua ſtella). ſ. ma
ris (genitura) id eſt paritura (ſolem) id eſt filium dei qui ſol iuſticie dei eſt
(genuiſti) id eſt peperiſti (mundo) id eſt habitantibꝰ in mūdo (nouā pro-
lem) id eſt filium (ꝑ hoc aue) id eſt ꝑ iſtam ſalutatiōem (cōtra carnis iura)
id eſt cōtra cōmunē generationis curſum

**¶ Tu parui ⁊ magni leonis ⁊ agni ſaluatoris chriſti templū**
**extitiſti ſed virgo intacta. Tu es floris et roris panis. ⁊ paſto**
**ris virginum regina roſa ſine ſpina genitrix es facta**

¶ Conſtrue (Tu extitiſti) id eſt facta es (templum) id eſt habitaculum.
(parui agni) id eſt ieſu chriſti (⁊ magni leonis ⁊ ſaluatoris chriſti) id ē dei
(ſed intacta) id eſt immaculata (virgo) tu ſcilicz maria (es panis) id eſt ci
bus (floris ⁊ roris) ſcz gratie O maria (tu exiſtēs (regina) id eſt domina
(virginum ⁊ roſa) id eſt flos (ſine ſpina) id eſt ſente (es facta genitrix) id ē
mater (paſtoris) id eſt chriſti qui eſt paſtor bonus.

**¶ Tu ciuitas regis iuſticie. tu mater es miſericordie. de lacu**
**fecis ⁊ miſerie theophilum reformans gratie**

¶ Conſtrue (Tu) ſcilz maria es (ciuitas) id eſt habitatio (regis iuſticie)
id eſt dei (tu es mater miſericordie) id eſt pietatis. tu es (reformans) id ē
reſtituens (theophilum) ſic dictum (gratie) ſcilicet diuine (de lacu fe-
cis ⁊ miſerie) id eſt damnatiōis perpetue • Notandū autor in littera ap-
pellat chriſtum leonem ⁊ agnum. Ipſe enim eſt leo ratione fortitudinis ⁊
potentie. Unde ps. Sicut leo paratus ad predam. ipſe enim eſt leo for-
tiſſimus qui pro nobis triūphauit. ergo dicit pſal. in perſona chriſti leonis
confringam illos nec poterunt ſtare cadent ſubtus pedes meos. Etiam
ipſe eſt agnus per humilitatem ⁊ taciturnitatem. Unde Hieremias. Et
dum male tractaretur non aperuit os ſuum. Item Iſaias Quaſi agnus
innocens ad victimā ductus eſt • Secūdo nota. autor dicit beata virgo
eſt panis roris ⁊ floris. Per hoc intelligitur manna poſituz in vrna aurea.
reconditum in archa. de quo dictum eſt prius

# De beata virgine

¶ Item nota dicit ꝙ beata virgo perduxit theophiluz de lacu miſeric. id eſt ab eterna damnatione. Unde Theophilus cuiuſdam epiſcopi vice⸗dominus fuit. qui tam prudenter ſub ipſo res eccleſiaſticas diſpenſauit ꝙ mortuo epiſcopo omnis populus eum epiſcopatui dignum affirmaret. at ille vicedominatu contentus alium in epiſcopū maluit ordinari. tandem ab officio ſuo epiſcopus eum depoſuit. vnde ad tantam impatientiā per⸗uenit. vt ad ſuam dignitatem recuperandā cuiuſdam iudei conſilium ex⸗peteret. ille igitur dyabolum aduocauit. Theophilus ergo iuſſu dyaboli chriſtum ⁊ matrem eius ⁊ negauit. ⁊ chriſtiane ꝓfeſſioni renunciauit. ⁊ ſu⸗per hoc cyrographum ſcripſit. ⁊ ſcriptū anulo ſigillauit ⁊ dyabolo dedit. et ſic eius ſeruitio ſe ſubdidit. In craſtinū igitur per ꝓcurationem dyabo⸗li theophilus in gratiam epiſcopi receptus ad priſtinā dignitatez reſtitui⸗tur. tandem ad ſe reuerſus de eo quod fecerat valde ingemuit ⁊ ad virgi⸗nem glorioſam vt ſibi in adiutorium veniret tota mente confugit. quadā igitur vice beata maria in viſione illi apparens de impietate ipſum redar⸗guit. ⁊ dyabolo abrenunciare precepit ac ieſum chriſtum ⁊ omne chriſtia⸗nitatis propoſitum conſeruare ⁊ eum confiteri iuſſit. ⁊ ſic ipſum in ſui ⁊ fi⸗lij gratiā recuꝑauit. ⁊ in ſignum gratie iterum apparens ſibi cyrographū quod dyabolo dederat ſibi reddidit. ⁊ ſuꝑ pectus ſuū poſuit vt iam ſe nō ſeruū dyaboli timeret. ſed per virginem glorioſam ſe liberatum gauderet. et hoc tangit autor in littera.

¶ Pro terminis nota. Aue ponitur hic nominaliter. Sz exto eſt verbuz habens vim verbi ſubſtantiui. ⁊ exponitur pro ſum ⁊ componitur ab ex ⁊ ſto. Item lacus eſt nomen q̄rte declinationis. ⁊ eſt idē ꝙ receptaculū aq̄rū

¶ Te collaudat celeſtis curia. que mater es regis ⁊ filia.
Per te reis donatur venia. per te iuſtis confertur gratia

¶ Autor commēdat beatam virginem ratione ſuperceleſtiuz. ⁊ poſt hoc infert petitionem dicens. O (beata virgo celeſtis curia) id eſt exercitus ce⸗leſtis (collaudat) id eſt honorat (te) ſcz mariaz (que es mater) id eſt geni⸗trix (regis) id eſt chriſti (⁊ filia. donatur) id eſt datur (reis) id eſt peccato⸗ribus (venia) id eſt indulgentia ſiue remiſſio peccatoꝝ (per te) sᶜ mariaz (gratia) ſcz diuina (confertur) id eſt datur (iuſtis) id eſt bonis hominib9. (per te) sᶜ mariam

¶ Ergo maris ſtella. verbi dei cella. ⁊ ſolis aurora
Paradiſi porta per quam lux eſt orta natum tuuz ora. vt nos
ſoluat a peccatis. in regno claritatis. quo lux lucet ſedula. col⸗
locet per ſecula Amen

¶ Autor infert petitionē beatā virginē dep̄cans. O maria exiſtens (ſtel⸗la maris) sᶜ et (cella). i. habitaculuz (verbi dei). i. filij dei (⁊ aurora ſolis)

id eſt chriſti (porta) id eſt ianua (paradiſi) ſcz celeſtis (per quam) ſcz portã
id eſt chriſtus (eſt orta) id eſt nata (ora tuum natuz) id eſt filium (ve
(lux) id eſt chriſtus (eſt orta) id eſt nata (ora tuum natuz) id eſt filium (ve
ſoluat) id eſt ſaluificet nos (a peccatis) id eſt a criminibus. ⁊ (collocet). ſ.
nos (in regno claritatis) id eſt in regno celorum (quo) id eſt in quo (ſedu
la lux) id eſt continua claritudo. ſcilz dei (lucet) id eſt ſplendet (per ſecula)
id eſt eternaliter (Amen) id eſt fiat. ❧ Notandũ plenitudo gratie beate
virginis patet in muliere de qua legitur mirabiliter ꝙ ipſa viri ſolatio de
ſtituta vnicum filium habebat. qui quadaz vice ab hoſtibus captus in cu
ſtodia ligabatur. Quod mater pcipiens beatam virginem pro liberatio
ne filij exorabat tandẽ videns ꝙ nihil proficeret. eccleſiam in qua erat ima
go beate virginis ſola intrauit. et coram imagine ſtans ipſam alloquebatur
dicens O maria pro liberatione filij mei te ſepe rogaui. ⁊ adhuc nõ ſubue
niſti. nunc pro filio meo imploro patrociniũ. ſed adhuc nulluz ſentio fructũ
Igitur ſicut filius meus ablatus eſt. ita ⁊ ego filium tuum auferam pro fi
lio meo. ⁊ eum in cuſtodiã pro filio meo ponam. ⁊ imaginem pueri quam
virgo in gremio habuit auferens. domũ abijt. accipiensqꝫ imaginem pue
ri ipſam lintheo mundo inuoluit. ⁊ in archã reconditã incluſit bonũ obſi
dem ꝓ filio ſuo ſe habere gaudens. Et ecce ſequenti nocte beata virgo iu
ueni in carcere apparuit. ⁊ ianuam aperiens eum exire fecit dicens. Fili dic
matri tue vt reddat mihi filium meum. quia ego reddidi ſibi ſuum. q̇ exi
ens ad matrem ſuam venit. ⁊ qualiter beata virgo eum liberauit enarra
uit. Illa igitur gaudens imaginem pueri ad eccleſiam portans matri red
didit dicens. Gratias tibi ago domina mea. quia filiuz meum reddidiſti
mihi. propter quod tibi volo ſeruire ⁊ preceptis tuis obedire. nunc recipe
filium tuum quẽ fideliter cuſtodiui

V Terus virgineus thronus eſt eburneus regis ſalo
monis. Thronus admirabilis diſpar ⁊ diſſimilis vni
uerſis thronis

¶ Hic autor ad reuerentiam virginis deſcribit aliud canticuz. in quo tria
facit. Primo comparat beatam virginem mariam ad thronuz ſalomonis
Secundo comparat eam ad vellus gedeonis. Tercio per exclamationez
dirigit ad ipſam petitionem. ſecunda ibi. Sicut vellus. tercia ibi. O ſan
cta virginitas. dicens (Virgineus vterus) id eſt caſtuz corpus virginis
marie (eſt eburneus thronus) id eſt de ebore exiſtens (regis ſalomonis)
ſic dicti (admirabilis thronus) id eſt valde mirabilis (diſpar ⁊ diſſimilis)
id eſt inequalis ⁊ incorruptibilis (vniuerſis thronis). i. omibus thronis

¶ Virgo thronus extitit cui decus preſtitit tam precellens
ſummi regis vnicus hunc elegit thronum

¶ Virgo) ſcz maria (extitit) id eſt exiſtit (thronus cui) ſcilz throno (vni
cus) ſc filius (ſummi regis) id eſt omnipotentis dei (preſtitit) id eſt dedit

(tam precellens decus)id eſt tam nobile donuꝫ.s^c qui)elegit)s^c pre alijs
(hunc thronum)id eſt virginis vterum

¶ Hec eſt ſedes gratie. domus pudicicie. ſedes ſummi dei
In hac ſede reſidet dominus. qui preſidet vniuerſe rei

¶ Conſtrue(Hec)ſcꝫ maria(eſt ſedes gratie)ſcꝫ diuine(domus)id eſt
habitaculum(pudicicie)id eſt caſtitatis.s^c et(ſedes ſummi dei)id ē chri/
ſti(dominus)ſcꝫ deus(qui preſidet)id eſt preeſt(vniuerſe rei)id eſt om/
nibus creatis(reſidet)id eſt moratur(in hac ſede)id eſt in illa habitatiōe.
¶ Notandum.ſcribit propheta in pſal. Thronus eius ſicut ſol in conſpe/
ctu meo. Iſta verba poſſunt eſſe dei patris de filio loquentis cōmendādo
gloriam matris.dicens thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.vnde bea/
ta virgo poteſt dici thronus dei.⁊ hoc quattuor modis. Ipſa eīn eſt thro
nus eburneus ſaphireus nubius ⁊ ſolaris.vnde verſus Ebur ſaphirus nu
bes ſol ſit tibi thronus. Virgo verſata vireſcens glorificata. Unde bea/
ta virgo dicitur thronus eburneus propter virginitatem.ſaphireus pro/
pter ſanctam conuerſationē in vulgo. De primo dicitur in littera. Unde
Salomon pacificus interpretatur.⁊ ſignificat chriſtum verum pacificato
rem.cuius thronus eburneus eſt beata virgo.⁊ hoc tangitur in littera vbi
dicitur vterus virgineus thronus eſt eburneus. q̇a thronus iſte de ebo/
re eſt factus. Ebur enim eſt animal multum candidum ⁊ frigiduꝫ ⁊ ma/
gne caſtitatis per quod ſignificatur virgo glorioſa. quia tota fuit tam ca/
ſta mente q̃ꝫ carne. talis thronus talem regem decebat. Unde Bernar/
dus.nec decebat deuꝫ alia mater q̃ꝫ virgo. nec virginē alius filius q̃ꝫ deus
quia nec autor inter filios nec autor inter matres naſci potuit. De ſecū
do dī Ezechiel ⁊ aſpectus lapidis ſaphiri in ſimilitudine throni Per thro
num ſaphireum beata virgo maria ſignificatur propter celeſtem ⁊ ſanctaꝫ
conuerſationē. Unde Hieronimus.in ipſa poſuit rex thronum ſuuꝫ.quia
concupiuit ſpeciem eius De tercio dicit. Eccleſi.xxiiij.⁊ thronus meus
in columna nubis. Unde beata virgo dicitur thronus nubius. quia ſicut
nubes plena vaporibus irrigat ⁊ vireſcere facit iſta inferiora.ſic virgo glo
rioſa irrigat ⁊ vireſcere facit animas fidelium. Unde Anſelmus. O ſci/
entia plena ⁊ ſuperplena gratia decoris plenitudine reſperſa vireſcit oīnis
creatura. De quarto dicitur in propoſitiōe preaſſumpta thronus eius
ſicut ſol in conſpectu meo. Unde beata virgo dicitur thronus ſolaris pro
pter glorificationem quam habet in celis. Unde in libro canticorum dici/
tur de ea pulcra vt luna.electa vt ſol. Unde Auguſtinus. Hec eſt velut
columna ſpecioſa pulcra vt luna.electa vt ſol.ianua celi.caput virginū.de/
cus mulierum.⁊ ergo autor bene dicit in littera q̄ iſte thronus eſt diſſimi
lis omnibus thronis.quia in eo dominus dominantium requieuit
¶ Pro declaratione terminorum nota. Uterus eſt nomen maſculini
generis.ſecunde declinationis. Sed eburneus eſt nomen adiectiuum.de
riuatum a nomine ebur quod ſignificat elephantem. Sed preſto eſt ver/
bum tranſitiuum prime coniugationis compoſitum a pre ⁊ ſto.

¶ Sicut vellus maduit de celeſti rore. ſic venter intumuit
ſeruato pudore. Nec vellus corrũpitur imbre pluuiali. nec
pudor amittitur in conceptu tali.

Hic autor ꝯpat beatã virginẽ ad vellus gedeonis dicẽs (Sicut vellus)
ſcʒ gedeonis (maduit). i. madefactũ fuit (de celeſti rore) id eſt gratia ⁊ ta
men non erat corruptũ (ſic venter) ſcʒ beate virginis (intumuit). i. conce-
pit (ſeruato pudore). i. caſtitate. ſ. vt nec in ꝯceptu nec in ꝑtu fuit corrup-
ta (nec vellus) gedeonis (corrũpit̃ imbre pluuiali). i. aqua pluuiali (nec
pudor) id eſt caſtitas (amittitur in tali conceptu) id eſt in tali ꝯceptione

¶ Hec eſt aromatica cella creatoris. fertilis ⁊ vnica medela
doloris. Nardus odorifera effundit odorem. oliua fructife-
ra virga ferens florem.

(Nec) ſcʒ maria (eſt aromatica cella). i. fragrans habitaculũ (creatoris)
id eſt dei (fertilis) id eſt fructuoſa (et vnica medela) id eſt remediũ (dolo-
ris) id eſt pene (odorifera) id eſt redolens (nardus effudit) id eſt dedit
(odorem) id eſt ſaporem (fructifera oliua ⁊ virga ferens) id eſt portans
(florem) id eſt chriſtum.

¶ Hec vas pigmentarij. regale palacium. domus ẽ cedrina
Angelorum domina. benedicta femina. celorum regina.

(Hec) ſcʒ maria (eſt vas) id eſt conſeruatoriũ (pigmẽtarij) id eſt vnguẽ-
ti (regale palaciũ). i. aula. ⁊ eſt (domus cedrina). i. de cedro exñs (dña an-
gelorũ benedicta femina) id ẽ virgo ſcʒ ⁊ (regina) id eſt domina (celorum)
id eſt polorũ. Notãdũ. autor ꝯmẽdat btãm virginẽ in diuerſis que ſibi
ꝑ ꝓphetas aſſcribũtur. Primo cõparatur ad vellus gedeonis. Unde in q̃-
dã hyſtoria beate virginis dr̃ vellus rore maduit dum virgo concipiebat.
Sed rubus igne caluit qñ ꝟgo xp̃z pariebat. Scd̃o appellat eã cellã aro-
maticam. Iuxta illud Eccl̃. Sicut cynamomũ ⁊ balſamũ aromatizans
odorem dedi. Tertio appellat eam medicinam doloris. quia ipſa de miſe-
ricordia ſua omnibus in neceſſitatibus poſitis ſubuenit. Unde videntur
viciſſim diſputare mater et filius. ⁊ dicit filius. ego occidã. Mater reſpõ-
det Ego viuere faciam. filius dicit. ego percutiam. mater reſpondit. ⁊ ego
ſanabo. Quarto appellat eam nardum. Unde in canticis. Nardus mea
dedit odorem ſuũ. ¶ Item cõpat eã oliue qd̃ ptʒ Eccli. xxiiij. vbi dicit̃.
ego quaſi oliua ſpecioſa in campis ⁊ quaſi plantatio roſe in hiericho.
Item appellat eam vas pigmentorũ. i. vnguentorum contẽtiuum. vnde
in canticis. Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. ¶ Itẽ
ipſa etiam vocatur domus cedrina. quod prefiguratum eſt in templo ſa-
lomonis quod fecit rex ſalomõ de lignis libani lenigatis quadris ⁊ ſectis
¶ Pro terminis nota. intumeo es ere. eſt verbũ neutrale ſecũde cõiu-
gationis. ⁊ ſcat̃ h̃ ꝯcipere. Sed pigmẽtarius a um. eſt nomen adiectiuũ

deriuatũ a noie pigmẽtũ qd dicit̃ quedã potio medicinalis multũ vtilis.

O ſancta virginitas noſtra neſcit paruitas te digne laudare

Continet in gremio quem nec celi regio poteſt ſuſtentare.

Hic autor exclamãdo ꝯmendat beatã virginẽ ⁊ cũ hoc dirigit petitionez ad eam dicens (O ſancta virginitas) .i. caſtitas (noſtra paruitas neſcit) id eſt non ſcit (te) s[c] mariam (digne laudare) id ẽ honorare (ꝯtinet) s[c] maria (in gremio) .i. in vtero ſuo. ſ. illũ (quẽ nec regio celi) id eſt celeſtis aula (poteſt ſuſtentare) id ẽ continere.

¶ Pulchrior ſyderib⁹ et pre mulieribus cunctis benedicta.

Placa tuũ filium et purga fidelium omniũ delicta. In te pluit in te fluit deus ſuã gratiã. Ergo tue nobis plue gratie clementiam. ad beati tui nati transfer preſentiam Et cunctoruz delictorum confer indulgentiam.

¶ O maria (pulchrior) id eſt ſplendidior (ſyderib⁹) .i. ſtellis (⁊ bñdicta pre cũctis mulierib⁹) .i. inter oẽs mulieres (placa) .i. mitiga vel exora (tuũ filiũ) .i. ieſum xp̃m (et purga) .i. mũda (delicta) .i. peccata (oĩm fideliũ) .ſ. hoĩm (deus) .ſ. oipotẽs (pluit) .i. rorauit (in te. ⁊ fluit) .i. infudit (in te) ſcʒ mariã (ſuã gratiã. ergo) tu (plue nobis) .i. in nobis (clemẽtiã) .i. miſericordiã (tue gratie) tu (transfer) .i. duc nos (ad p̃ñtiã tui beati nati) .i. filij (Et confer) .i. da. ſ. nobis (indulgẽtiã) .i. remiſſionẽ (cunctoꝝ delictoꝝ) .i. oĩm peccatoꝝ. Notãdũ au. tãgit hic in lr̃a immenſitatẽ dei cũ dicit quẽ nec celi regio ⁊c̃. vnde Grego. confirmat hoc idem qñ dicit. ſancta ⁊ immaculata ꝟginitas q̃b⁹ te laudib⁹ referã neſcio. q2 quẽ totus nõ capit orbis in tua ſe clauſit viſcera. Hoc idẽ teſtat̃ q̃dã metriſta dicẽs. Continet in gremio celum terramq; regentẽ. Virgo dei genitrix ꝓceres comitãtur herilles. Scd̃o no. autor dr̃. in te pluit ſuã grãm. ꝑ quã btã ꝟgo gr̃a plena nũcupat̃. Vñ plenitudo gr̃e patet in q̊dã languido q̃ habuit vnũ pedẽ ardentẽ. q̃ caſu ad eccleſiã ſctẽ ꝟginis veniẽs ſanitatis grãm cũ toto mẽtis affectu deſiderabat. cũq; d[illegible]tius ibi moreret̃. nec ſui deſiderij q̃d magnũ vel modicũ impetraſſet pedẽ ſeꝑauit a crure. voluit eĩ pede potius carere q̃ oib⁹ dieb⁹ vite ſue ardere. Poſt multũ vero tp̃is ſpaciũ depcãdo voce lachrimabili dixit. Heu me miſeꝝ doleo q̃ fact⁹ ſum aduena o beatiſſima dei genitrix. cũq; talia ab eo fuiſſent ꝓlata naturali ſopori dedit⁹ requieuit. ⁊ cũ dormiret venit btã ꝟgo leniter abſq; corꝑis leſione eũ tãgẽs ipm a ſua infirmitate ſanauit. Ecce quanta plenitudo gratie in beata virgine redundat. Item nota. maria exaltat̃ ſuꝑ omnes choros angeloꝝ. quia de ipſa cãtat eccl̃ia. exaltata es ſuꝑ oẽs choros ãgeloꝝ ſancta dei genitrix. Igit̃ vt nos in valle hui⁹ miſerie exaltari valeam⁹ in futura patria. ipaz ſequamur ⁊ eius veſtigia in quib⁹ ꝑuenire valeamus ⁊ poſſimus vitam glorie. Quam nobis conferre dignetur Jeſus chriſtus dei fili⁹ in ſecula ſeculorum benedictus. AMEN